

CAPUT SECUNDUM.  
DE CONVERSIONIS CAUSIS,  
Earumq; DIFFERENTIA.

Σύνοψις.

1. Due conversionis causæ. 2. principalis, *Gratia Dei*, cuius diversa notio. 3. & gratuita beneficia dicuntur *Gratia*. 4. Quo sensu hic sumatur. 5. quorundam Patrum sententia de universalis gratia. 6. quid iis noret particularis gratia. 7. quo sensu gratia, & quo particularis appelletur. 8. *Gratia incipiens, præveniens, preparans* quid. 9. operans gratia. 10. cooperans & perficiens. 11. aliæ appellationes *Gratiæ Scholasticorum, Papistarum, Calvinistarum.* 12. Hæ species gratiæ non habent se per modum habitus infusi & permanentis. 13. Sunt à suâ causa, & invicem distinctæ & subordinatae. 14. *Gratia convergens latior* est gratia justificante. 15. predicationis Evangelij non venit hæc sub nomine gratiæ. 16. Nec gratuita creatio, neu donorum in naturâ reliquorum conservatio. 17. Nec Christi exemplum. 18. Papistarum distinctio inter gratiam excitantem & adjuvantem expenditur. 19. Partitio item sufficientis & efficacis gratiæ. 20. Calvinistarum, de hac partitione opinio. 21. Efficax *Gratia Augustino* quid. 22. Quid *Calvinisti*. 23. *Gratia irresistibilis* quale commentum sit.

I. Causæ Conversionem efficientes duæ in scripturis traduntur, *Gratia Dei*, ut principalis, & *Verbum Dei*, ut instrumentalis. conversio- Illa, Ephes. 2. 3, 4. Deus, qui dives est misericordia, secundum multam misericordiam suam, quâ dilexit nos, mortuos in peccatis convivificavit principalis Christo. Jer. 31, 18. Hæc, 1. Petr. 1. 23. Regeniti estis per verbum Dei & instru- vivi: Distinguitur tamen illa Dei gratia, secundum diversas operationes, quas circa Conversionem exferit, in diversas species, mentalis. quas alij totidem causas conversionis appellare malunt.

II. Ac summa quidem conversionis causa est *Gratia Dei*, quæ quantum quidem huc facit, significat 1. Commiserationis affectum, seu gratuitum Dei favorem, & indebitam benivolentiam, quâ mortis & æternæ damnationis reos homines, vult ad reconciliationem admittere, & ipse medium reconciliationis ordinare, videlicet Christi meritum & intercessionem. Quæ gratia suprema, independens, & sic loquendo, impromerita, ratione objectorum hominum universissima est, Job. 3, 16. Rom. 5, 8. 2. Cor. 5, 18, 19. Vel significat 2. benivolentiam intuitu meriti Christi provocatam, ad hoc

Principali-  
lis causa,  
*Gratia*,  
accipitur  
& variis  
modis.